



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLXXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

*Agonem  
suum illi  
unicè cõ-  
mendare.*

*In siti il-  
lam inuo-  
care.*

*Hic num.  
14.*

*ob. Land-  
spergæ  
1581. 25.  
Iulij.  
In recrea-  
tione il-  
lius me-  
minisse.*

*1581.  
1. Dec.*

*In dolo-  
ribus il-  
lam ora-  
re.*

in agone pleno periculi. Fuit is Iacobus Philippus Transemannus Spoletinus 17. annos natus; qui Beatissimæ Virginis (quam coram se videre aiebat) interuentu se liberatum dicebat à demonibus, à quibus præcipitandum sibi videbatur in abyssum flammarum fumo formidando exundantium, cum iam super cratem è ferro clavis igneis confitam sternetur. Tum enim Deiparæ Virginis præsentia est usque adeò animatus, ut cruce obiecta demonibus insultaret. Mox edita fidei professione, sumptoque diuino viatico, cum aqua illi porrigeretur ad os abluendum, aiebat; à cæli Reginâ calicem sibi porrectum plenum sanguine sui Filij IESU Christi: ac subinde etiam de suis sanctissimis vberibus gustandam dulcedinem præbuisse, iussisseque bono animo esse: mox profecturum in cælum. Hac ferè Societatis historia.

929. *Matthias Marius* cum Ingolstadij Philosophiæ nauaret operam, in horto stellas quasdam vidit; & penes illarum vnâ etiam Deiparæ spectare sibi videbatur effigiem in alto vndequaque radijs collucentem, materno vultu in Matthiam iucundè amanterque conuerso. Breuî æger decessit, quasi iam tunc ad cælum eo aspectu Virginis inuitatus.

930. *P. Alexander Ioannes Briantus* postea Londini in fidei Catholicæ odium suspensus, dixit se ante tormenta recitato Beatissimæ Virginis rosario delicijs cælestibus mirificè fuisse perfusum; in tortura item vltima tranquillum ac recreatum, neque doloris quicquam persensisse.

ANNO MDLXXXII.

931. *Fzminæ* apud Iulienes Peruanos hoc anno laqueum è quo se suspenderet apparanti, Bea-  
tissi-

iffima Virgo Mater apparuisse fertur, eamque Filia quoque nomine blandè appellasse, molliùs accusasse, quòd pristina erga se Filiumque suum pietatis oblita, in exitium rueret voluntarium: deinde grauitèr coarguisse de peccato quodam in confessione occultato; neque aliter in ipsam demonem potestatem fuisse habiturum. Denique laqueo de miseræ collo detracto inssisse, cuidam è nostris Sacerdoti, quem nominatim designauit, peccata omnia confiteri: id quod illa obedienter fecit.

*Confessionem  
quam optime  
imè institueret.*

## ANNO MDLXXXIII.

932 Benedictus Goëz hoc anno ad Societatem quam anno 1584. iniit, amplectendam hoc viso permotus est, vt plures perhibent qui hæc typis etiam prodidère. Anno 1583. templum Deiparæ fortè ingressus, visâ istic Beatissimæ Virginis Iesum in sinu confidentem tenentis imagine, militaris suæ vitæ licentiam effusè detestatus, coram ara de genibus suppliciter Virginem orauit pro venia scelerum à IESV impetranda. Tum paruulus (quasi Mater exorata veniam à Filio impetrasset) in lacteas lachrymas abundè solui est visus, quibus tota circum ara copiosè immaduit; testibus ad hæc oculatis liquore illo sudariola imbuentibus. Addunt annuæ; quòd sit visus, lachrymante paruulo, è manibus Matris emicare fons aquæ.

*Per illam  
petere  
gratiam  
conuictis*

933 Georgius Gilbertus nuncuparis hoc anno Societatis votis extinctus est. Is Patrum cuidam sub arcani fide silentij dixit, visam sibi Deiparam sereno vultu iucundam, quæ suam obedientiam approbavit, cum paulò ante ipsum sententiæ suæ plus equo adhærescentem vultu haud satis hilari ac benigno aspexisset. Mox ac dicto obedienter au-

*Obedientiam illam  
colere.*